UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Convvlsio Calvmniarvm Vlrichi Veleni Minhoniensis, quib[us] Petru[m] nunq[uam] Romæ fuisse cauillatur

Fisher, John

Antvverpiae, 1522

Calvmniae Qvartaedecimae Svmma.

urn:nbn:de:hbz:466:1-35690

Visual Library

ba ſacræ ſcripturæ tyrannorꝝ, qui Chriſti, ac tua dicta ad/
ulterare, fœdiſſimeq; proſtituere in delicijs habent, Cæterꝝ
eadē epiſtola ſcribit, Det miſericordiam dn̄s Oneſiphori
domui, quia ſæpe me refrigerauit, & catenam meā nō eru
buit, ſed cū Romā veniſſet, ſolicite me quæſiuit, & inue/
nit, det illis dn̄s inuenire miſericordiā a deo in illa die. Nō
obſcurū eſt ex his verbis, quantæ gratitudinis erga eos fue
rit Apoſtolus, qui officiū aliquod in eū contulerint, vt nō
poſſit hic ſatis gratulari, ac ſuū gaudiū verbis exprimere,
qđ ei cōciliauerat Oneſiphorus ſuo aduētu, qui peregre
veniens, non tn̄ cōquieuit, donec hūc inueniſſet. Potuit
certe Oneſiphorus hic a Petro, ſi tūc fuerat Romæ, certi/
or effici, quo locorꝝ Paulus Romæ ſeſe cōtinuerit, & libe
ratus fuiſſet multū anxia illa ſolicitudine, qua paulū hinc
inde per Romā diſcurrendo inueſtigauerat. Mirū, ſi pau/
lus neminē præterit, a quo aliquod pſentiſcerit beneficiū,
q̄ petrū Romanū, vt aiunt, incolam, ſuū nunq; ſcribit ad/
uiſitaſſe carcerē, quē tn̄ amantiſſimum ſui ſp habuerat fra
trē, nempe a quo in Catholica illa ſua Paulus chariſſimus
nominatur frater. Quāobrem veriſſimū eſt ad vltimum
vſq; Neronis annū petrū Romæ non fuiſſe, cum nec, ſalue
re iubens Timotheū, fratrū qui Romæ tunc aderant no/
mine, petrū admemoret. Salutant te Eubolus & Pudens
& Linus & Claudia, & fratres oēs. Nō video, cur ex induſ
tria ſupprimere Petri nomen voluiſſet, cuius alioqui ſem
per fuerat obſeruātiſſim⁹. Quō iccirco viginti & quinq;
annis Romæ egit: quō a Nerone paſſus eſt, cū nec ſub ei⁹
imperio venire quoq; illac potuerit.

CALVMNIAE QVARTAEDE/ CIMAE SVMMA.

IN ſecūda ad Timotheū epiſtola, cōmonefacit eundem ij. Timo, vlti.
Paulus, quaten⁹ aſſumpto ſecū Marco, Romā ſeſe reci/
piat, eo q̄ preter Lucā, nullus iā ei reſiduus eſſet collega.
Quod ſane verū eſſe nō poteſt, mō Petrus fuiſſet Romæ.
Sed neq; Timotheū ſaluere iubens fratrū noīe (qui Romę

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

tum fuerant, Petrum admemorat, quũ alioqui Paulus Pe-
ij, Petri, iij. tri fuerat obſeruãtiſſim⁹, & is viciſſim in catholica illa ſua,
paulũ chariſſimũ nominauerat. Debuit itaqꝫ, vel ob hãc ra-
tionẽ, Petrus humanitatis aliquod officiũ exhibuiſſe Pau-
lo, atqꝫ is viciſſim illius officij meminiſſe quũ ad Timothe-
um ſcripſerit, quemadmodũ & meminit Oneſiphori, ꝙ ſe
ſtudioſius Romæ quæſierit, quæſitumqꝫ tandẽ inuenerit.

RESPONSIO.

Conſueta dialectica Veleni. PErgit Velenus in ſua cõſueta dialectica, ſubinferre ſti-
dens, Petrũ ex eo Romæ nõ fuiſſe, ꝙ quũ paulus datis
ad Timotheũ literis, a noĩatis aliquot fratribus ei ſalu-
tẽ diceret, nihil omnino de Petro ſit locutus. Sed hanc futi-
lem dialecticã nos ante ſepius exploſimus. Neqꝫ enim quũ
ad Epheſios (vt ante diximus) ipſe Paulus ſcriberet, quanqꝫ
præſentem habuiſſet Timotheũ, quẽ & illis ante ꝑfecerat,
nequaq̃ tñ eius noĩe ſalutauit eoſdem, ſed neqꝫ ipſius vllo
ij, Timo. i. verbulo meminit. Qꝫ autẽ in illa epiſtola, potius Oneſipho
ri qꝫ Petri meminiſſet, in cauſa fuit, ꝙ ille tum Epheſi domi
ciliũ habuerit, vbi & Timotheus eſt cõmoratus, ſed & fue-
rat vtriqꝫ valde familiaris. Porro Timotheus an Petro no-
tus fuiſſet, obſcurũ eſt, quum ille nõ ante fuerat circunciſus
q̃ Petrus ex Iudea cõmigraſſet. Nã poſt Barnabæ a Paulo
Actuum. xvi. ſeparationẽ, venit Timotheus in noticiã Pauli, vt in Actis
xvi. capite traditur. Sed iam reliquũ eſt, vt priorẽ huius ca-
lumniæ partẽ diluamus, in qua recenſet aduerſarius, dixiſ-
ſe Paulum, ꝙ præter Lucam, nullus iam Romæ reſiduus el
collega fuerit. Vnde & colligere molitur, nec Petrum fuiſ-
ſe Romæ. Nã ſi Romæ fuiſſet petrus, paulus eũ hauddubie
collegam habuiſſet. Cæterũ paulus nequaqꝫ id dixit, nem-
ij. Timo, iiij. pe ſe non habuiſſe collegã Romæ, ſed ita, Lucas mecũ ẽ ſo-
lus. Quid vero ꝑ hæc verba paulus intelligi voluit, iam diſqui
ramus. Primũ, non intellexit, ꝙ nulli tum fuiſſent alij chriſ-
tiani Romæ, præter ſeipſum & Lucam. Neqꝫ enĩ credibile
eſt, quũ tanta multitudo iampridẽ ad Chriſtũ fuiſſet cõuer
Philip. i. ſa (quã rem & paulus ipſe teſtatur ad Philippenſes) ꝙ iã om